

o20

O alme et benignissime pater, respice de scruatio tuo
intuere hanc sacratissimam hostiam quam immolo tibi
pro peccatis nostris. et esto placabilis super multitudinem
malicie nostre. en vox sanguis fratris nostri iesu christi cla-
matis de cruce ad te. **Pat** dimitte illis quia nesciunt
aut quid faciunt. suscipe eum pro remissione peccatorum
nostrorum. Clamat enim sanguis christi non vindictam si-
cut sanguis abel sed misericordiam. **Post elevationem**
calicis ad ora sanguinem cum inclinatione cogitas

O amabilis in omnes partes sanguis. miserere no-
bis peccatoribus. amore illius caritatiue effusionis. quam
pro nobis de beatissimis vulneribus effuxisti. Et
hinc observa. quoad esumque discopias calicem.

Unde et sic. extensis manibus legitur.

Hec extensio brachiorum crudeliter significat exten-
sionem brachiorum christi. et totius corporis tribus ho-
ris in cruce viventis. In medio duorum latronum.
Isaie. ij. et cum sceleratis reputatus est. Et clavis
manuum et pedum imitebatur totum corporis pondus.
et sic dilaceabantur et fundebantur foramina manuum
et pedum continue. Vnde si vidisses eum tam miserabili-
ter pendente. defecisset anima tua pro dolore.

Unde et memores domine nos tui servi sed et 77
plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini dei 77
nostri. tam beatissime passionis. necnon et ab inferis resur- 77
rectionis sed et in celos gloriose ascensionis offer- 77
mus. preclare maiestati tue de tuis donis ac 77
datis hostiam ✠ **puram.** 77